Podwysocka Orzynskiemu Donat. 214

Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren.
Capitaneal. Premislien. Nobilis Ioanna Craykowska olim Nobilis
Wasko Craykowski filia Nobilis vero Zacharia Podwysocki Consors
ultima sana mente et Corpore existens a Iure suo ordinariis Iuribus Iuris-
dictionibus suis quibuscunque propriis et Competentibus recedendo seseque
vero Castren. Capitaneal. Premislien. Iurisdictioni seque suaque et
Bonis suis [illegible] omnibus totaliter et plenarie quoad Actum hunc attinet
incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum
Recognovit Quia ipsa cum eiusdem Mariti sui ac Iuvenis Conthoralis
atque Nobilis Pauli Orzynski Amici sui proximioris authoritate et assisten-
tia atque ulteriori ad infrascriptam Recognitionem Consensu Bona sua
propria et haereditaria infrascripta videlicet Sortes Duodecem
na Bykowie [illegible] sorte Krzatkowska dicta inter metas ab una
Petri et ab altera Thomae Orzynskich in Bonis villae Bykow Ter-
rae et districtus [illegible] Premislien. iacen. et Consisten. Cum omni
praemissorum Bonorum Iure dominio proprietate haereditate tituloque Hae-
reditario cumque omnibus et singulis eorundem Bonorum utilitatibus
fructibus proventibus redditibus Commodis et emolumentis attinentiis
et pertinentiis quibusvis universis Nihil ex praemissis Iuris dominii
proprietatis haereditatis ac cuiusvis Competentiae et praeroga-
tivae pro se Recognoscens suisque successoribus aut propinquis relinquendo
seu excipiendo verum prout praemissa Bona ipsamet Recognoscens
Concernebant ac eidem Iure Competebant Iam exnunc et de-
facto Nobili Fedorio Orzynski eiusque Posteris dedit donavit
Inscripsit et resignavit prout dat donat inscribit et resignat per-
petuo et in aevum irrevocabiliterque Ingressumque eadem Bona praefata
Donata eadem Recognoscens praefato Donatario suo et illius

1337 a

Possessionis iam exnunc et de facto Coram Officio praesenti dat et admittit
et realem Intromissionem et Assecurationem pacificam Possessionem per Nobilem
quemcunque Compertam et Nobiles dicos die quacunque Voluerit Officio
acceptam Ipse ipsum Donatarium Suum illiusque Possessionis hac eadem Bona
praesenti resignata Cum universis eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentiisque
et pertinentiis quibuslibet Universis tenendi habendi et possidendi illisque
fruendi et Gaudendi usufruendi ad Suosque et Suorum Successorum quorumvis
beneplacitum Usufructus libere et Effectualiter Convertendi perpetuis
et aeternis temporibus Debetque et tenebitur insuper Recognoscens Nobilis
Joanna Podwysocka pro se ac Suos Successores in et super Bonis Suis
quibusvis omnibus ac Summis quibusvis pecuniariis habitis et habendis
Supradicto Nobili Fedorio Drzewski Donatario Suo inscribit et obligat
praesentibus ipsum et eius Successores in dictis Bonis donatis et eorum causa
omnium ab omni et quavis Impetitione Juridica quarumcunque Perso-
narum Cuiuscunque Conditionis Status et Sexus Cuiusvis extensius
ex occasione Superstitionum exorienda per omnes Successiones Juris
prout ad quamlibet Personam Juris Spectat et pertinet praescriptio
in omni Judicio et Officio Regni tres quoties opus fuerit tueri de-
fendere eluere intervenire et eliberare indemnemque eum Po-
ssessionis reddere Necnon hac eadem Bona praesenti donata ab omnibus
in genere Juribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super Bona
praesenta modo quovis Cuicunque Personarum factis et faciendis eadem
afficiendis tum etiam a quibusvis Cessionibus super eadem Bona resignata
modo quovis impetratis et impetrandi Juris denique et Actionis
Processibus Juris quibusvis in quocunque termino et gradu Juris
dependentibus et in quovis Judicio et Officio Regni obtentis et obti-
nendis ac super praefixi omnibus praesenti resignatis perducendi et produ-
cendi emundare et eliberare mandat et liberum semper facere.
ac etiam Intromissionem praesentem Coram Officio praesenti admisit

1337.D

in fundo Bonorum praemissorum praesentem donationem de se per Mini
sterialem et Nobiles duos officiose requiretur non denegare imo debe
bit et tenebitur eandem liberè dare et effectualiter admittere dataque
et admissa eandem Possessionem et Usumfructum praemissorum omnium
modo quovis tam per se quam per suas quaslibet Submissas et sub
ordinatas Personas non impedire nec adimere ipsumque Donatarium
suum ac illius Successores in praemissis omnibus praesentem designari nullo
modo inturbari et haec eadem Bona praesentem donata cum Universis
eorum Utilitatibus et Usufructibus attinentiisque et pertinentiis
qualibet Universis jdem Donatarius suus cum suis Posteris qui
ete et pacifice praesentem Inscriptionis Donationis vigore tenere habere
et possidere queat illisque uti frui possit perpetuis et aeternis Tempo
ribus idque sub damnis Terminis simpliciter atque Corporali Jura
mento taxandis et edicendis per eandem Recognoscentem sive illius
Successores praetacto Donatario suo vel eius Posteris ob non Comple
tionem praemissorum omnium et singulorum tam in parte quam in
toto vel quovis opus fuerit ad solvendum succumbet. Praeterea
eadem Recognoscens Nobilis Janna Dowiyiocka debebit et tene
bitur per se ac suos Successores in et sub poenis praetactis omnibus sum
misque quibusvis pecuniarij habitis et habendis praetacto Donatario suo
eiusque Posteris ensurbit et obligat personis Alterius Amicum
de Linea Paterna proximiorem ad Consentiendum per ipsum
suam Inscriptionem praesentem Donationem ad Acta quaevis Authentica
Regni perpetua intra Decursum Duodecim Septimanarum adducere
et personaliter statuere ab eoque Amico suo proximiori statuendo
ut praemissa debite exequatur efficere idque sub alijs similibus
damnis Terminis simpliciter taxandis per eandem Recognoscentemque
sive eius Posteros superioris Donatario suo aut illius Successoribus
in Casu non statuitionis Alterius Amici sui de Linea Paterna

1330 proximiori ad exequenda praemissa pro tempore et loco supra
expressi ad solvendum succumbendi Quo quibus quidem damnis per
restibus simpliciter taxandis modo praemisso ad solvendum succumbit
ac re aliqua principali ex praemissis non Complete Complendo
ex Amico altero proximiori non statuto subleuando Lib. exstens
mutam Recognoscens Nobilis Fenna Podwysocka cum suis dissensis ad
Instantiam Suprascripti Nobilis Fedori Orlinski Donatarij sui vel.
cuius successores ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex
tunc recepta Suprascripta quoad respondendum spectat mediante sem
per inibi primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare sum
parere Respondere Damna praefata Iuris simpliciter taxan
Cauere Inscriptioni huic Satisfacere ac omne Iudicatum pati
debebit et tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia
Inscribit et Obligat praesentibus Illum Terminum primum
peremptorium et alios omnes exinde Consequentes Causae
eiusdem Terminos Semper peremptorios Vera Infirmitate pro
maiori Minorennitate Successorum Legatione intra vel
extra Regnum Servitio Militari ad Munimenta ad Qui
etationem vel alijs quibusuis Dilationibus et Legibus Impe
dimentis non differendo ad Quietationem Vltra proximos
fieri praesenti Castrensi Capitaneali Premisliensi Ter
minos Dilationem sibi non recipiendo nullasque protestationes
Appellationes ac earum Prosequutiones Standendo ac
promissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Quaestionibus
Suspensionibus Fatalibus Iuris Obsessione Terrae Bello Conventionesque
ac alijs. Omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfu
giendo nec modo alio quouis euadendo Hac sua praesenti personali
Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Podwysocka